

## VALENT. CORDVS

reponebatur qualiter è mari collectũ  
fuit. Hodie verò collectũ sperma ce-  
ti certa ratione, & non cuius cogni-  
ta arte, lauatur, donec omni falsa acri-  
monia eluta etiam croceum pallorẽ  
deponat: quemadmodum cera, quæ  
quamuis & ipsa citrina sit, colorem ta-  
men suum crebra lotura atq; eliqua-  
tione exuit, candorem contrahens.  
Ipsam enim sperma ceti, dum adhuc  
mari innatat, dumq; quale collectum  
fuerit reponitur, colorem habet cro-  
ceum aut citrinum, quod quamuis se-  
pius mihi à nautis & mercatoribus  
relatum esset, credere tamen non vo-  
lui, donec ipse quoq; collectũ vidis-  
sem. Cum itaq; postea eius medica-  
menti nondum loti colorem inspe-  
xisset, ipsumq; sæpius attrectasset:  
& omnes eius qualitates ipsamq; sub-  
stantiam considerasset, dictis illorũ  
fidem habui. Propterea non est quod  
hæc nota quæ ad colorem attinet, a-  
liquem in dubitationẽ inducat, cum  
etiam